

### III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 9.

*Elysum-Meum. - Die Veneris 16 Feb. 1810. (New. 30 Jan. 1810.)*

#### Narratio.

De Prærogativis, quas quivis Status usurpat.  
Suum cuique rapere.

*Cand.*

„*Litigatis de Paradiso*, dicebat vice quadam Rusticus Gen. Dux ad Dissidentes in Polonia, qui est in calida regione, in qua homines sub arborum umbra discurrunt, & eam capunt. Paradisus Hyperboreorum, (borealium) quales nos sumus, aliter comparatus sit oportet, Magaum amplumque Odoeum, quo centum mille & amplius fornaces calefiunt, in quo pro inferioris conditionis, plebeis, crematum, pro nobilioribus generosum hungaricum viuum, continuo amplis in Ciathis mensis adpositum est, quo in vicem 7 Chororum angelicorum nobilis Polonicus Saltus intonat, — hic genuinus Paradisus est, quem concipere animo, sperareque nos oportet. —

Verumne tenebat memoratus bellidux? Equidem disquirere nolo, Spes, quas mente concipimus utique & Climati admensæ sunt.

Ipsæ hic erat situs, in quo hybernis hiis diebus umbræ tali Odoeo continebantur, & tum quæque prærogativam status, aut sui officii celebrare volebat. Argumentum erat momea-

tosum, prædicatæ prærogativæ perspicuæ, opinionibus discrepantes.

Constat Poetis solenne esse gloriam poeticam cuius prærogativæ præponere. — Conscendunt Parnassum, Castalio de fonte bibitur, sacroque æstro percellendi, si quæ una ex Musarum pellicibus effluvia ex vestibus lineis suis deorsum fundit, ea biante avidoque ore captant, sacra Castalia ex unda bibisse existimantes.

Primi itaque erant Poetæ, prærogativam præ aliis artibus adumbrantes. Poesis, agebant, historiæ illustrium factorum perpetuitatem conciliat, aperit ostia admitiores mentis conceptus, sublimatque mortalem in ignotas voluptatis regiones. Ergo Poesis primus, isque nobilissimus status in orbe. *Quod erat demonstrandum.*

Quid? dicebat Geometra — Poesis, inebrians hæc nugarum colluvies, quæ ex officio commiscitur, primas teneat? ille principem locum ex merito obtinet, qui nihil agit, nil loquitur præter vera — hæc sublimes scientia Mathesis est: hæc mensuras, & omnium rerum relationes definit, *coelique meatus describit radio, et surgentia sidera dicit*, hæc solas veras propositiones statuit, arces erigit, & diruit, — omnia, omnia secundum vera, irrefragabilia principia. Ergo Mathematico præcedentia in orbe debetur. Q. e. d.

Vix hæc elocutus, adfuit Grammaticus suam prædicans artem, Nec gloria nec verus sensus, agebat is, nationi inest, Gram-

maticæ imperitæ. — Bene scribere, recte loqui, ut reciproce nos intelligamus, præcipua pulcherrimæque prærogativa hominis, secus ad infantum conditionem devolvemur, qui non intelliguntur. Grammatico proin primus locus inter homines competit. Q. E. D.

Hæc dum imperioso adparatu verborum profert. Ecce Chorus Musicorum prodit & Odoeum svavi Mozartii & Haydenii melodia insonnit! Manes svavitate perculti aures arri- gunt, nihil videre, nihil odorari, solum au- dire. — Ubi harmonici soni desiere, Orphe- us ait: Musica Mei Domini! musica inquam prima ars est, demonstratio adhuc auribus inest. Q. E. D.

Jam comparuit Inolita Facultas Juridica. Nos, inquit unus eorum, nos sumus Conser- vatores, nos custodes humani generis. — Divina sapientia ratio se per lege nobis reve- lavit. Nos Meum Tuum defendimus, nos securitatem vitæ, honoris, bonorum procu- ramus. Verum quidem est, nonnunquam legum nos dolosos interpretes esse, (ras- bulas) ad Clientes nostros defendendos, & emungendos, verum Jursiconsultus ge- nuinus nec plus nec minus loquitur quam *Causæ* ratio exigit. — Justitiam coecam oportet, prout ea etiam exhibetur in imagine, absque respectu personarum Jus dicere debet. O! miserandam orbis absque Juris defen- soribus conditionem! Ex quo illucet Jurispru- dentia & Sacris Themidos initiatis primos honores dandos esse. *Dat Justinianus honores.* Q. E. D.

In hac Inquisitione Saluberrimæ artis Medicæ Facultas nec comparandum sibi existimabat. Cur nobis argumenta ad ostendam nostram dignitatem? Vitæ conservatio primus viventis articulus est. Mors terminus vitæ, excellentiæ, auctoritatis, opum & inopie. — *Morto io, morto mio. Cavallo, morto tutto.* — dicebat olim Italicus quidam princeps, cujus omnis vita in equis consistebat. Omnia morte cessant; idem est: an cadaver quod teræ mandatur. Pastetam aut solanum tuberosum manducaverit, an Rhætium aut pomis coctum vinum potaverit, an formosæ Glycerio, an rixosæ Xantippe convixerit; hæc Medicæ inest vis, mortem in longinqua differendi, corpore ægra reparandi ut horologij horologia. — Sane hoc primum homo quærit, & optat. Proin *honora medicum* & quidem præcipue quadam ratione. Q. E. D.

In odiei penetrabilibus consistere Mercatores, Deputatum expedites seu Oratorem communem Status mercatorii. — Commercialis Status, dicebat is, pecunias, omniaque terræ producta ex quacunque orbis parte invehit; Communicationem cum distitissimis regionibus faciliorem reddit. Mercator ex suo Laboratorio Hindi incolas ad motum ponit; una litterarum ejus, utriusque Indiae nigritas gravibus laboribus occupat, expeditis naves, importat merces, & vere dici potest: quarumvis gentium orbis industriam ejus parere jussibus. De id genus imperio nulus bellidacum gloriari valet. Ex quo intellige-

re prouum est, Statum mercantilem primo loco dignum esse Q. E. D.

*Militia est potior!* lauro redimitus tempora miles Chorum subeuns, inelamabat; quam dura vita non subeunda ei? æstus, & frigus, periculorum copia antrorsum, mors mirans retrorsum, infamia — hi comites status nostri, nullum vitæ genus in contentionem cum eo venire potest, hæc ratio, quod omnes regentes & Imperantes ex officio suo milites sint, quævis vitæ genera ei subordinata, bellicæ vi subeunt, devastatio & mors sunt imminentia status hujus fulmina, hæc ratio: est quod militaris status a gentium cubilibus primas tenuerit, id experientia quotidiana docet, id in omnibus Statibus aduertitur, qui in orbe hoc conditi sunt, quare demonstrare non est opus.

Tandem & Colonus diu latitans se protraxit, & modeste locutus, „Equidem calleo Domini mei! vitæ genus meum in postremis imo postremum in orbe haberi — Et pro cunctis Statibus laborandum & sudandum; at date veniam ut ego conditionem meam paullum extollere possim; dicite quæso, quis primus, summeque necessarius in vita humana articulus? respondetis ubique Sustentatio? — nonne Stomachus, qui molæ instar commolendi materiam desiderat; at, amabo, ponite ope magicæ artis colonicalem subito disperire? Superi! Quanta rerum confusio, quantæ angustię, quantus foret eulatus? — an non docti juxta & Aestætica, poetæ, Musicæ pe-

riti, medici cum Jurisperitis, mercatores, milites præinedia emori deberent, aut vomeri manum admoveere, coleni amplecti conditionem? quare cum bona venia Mei Domini! ut vitæ genus meum primum omnium physiorum animalium eferam; in moralibus quibusvis Statibus præcedentiam ultro largior. — Unam solum quæstionem liceat, deia mox decadam — si vitam animaleam Colonus non aleret, quid tum cum morali fieret? —

Rectum habet, vociferabant omnes Manes, rectum inquitus, tenet Stator vitæ animalis! — Quo dicto Concilium solutum; quidam subeuntes fornacem hæc nova ex Ephemeridibus legebant.

*Constantinopoli 14. Dec.* Angliante Austriaca vela honorantes Smirnae 80 naves confiscarunt; cum utique secundum novissimum pacis Tractatum ad Austriam non pertineant, at res animadversione digna, Turcas id genus violentias tolerare.

Fama fert. Anglos Insula S. Viti, quæ portum Corcyæ defendit, potitos esse; Russi dextram Danubii oram deserere, quod flumen hostiles exercitus dirimit.

Anni quoque tempestas rigidior multo fuit, quam ut bellum efficaciter prosequi licuisset, at nuncium, Petropoli de 6. Jan. Gen. Benningsen cum 18. legionibus constante exercitu per Ukrainam Turciam petere. futuram expeditionem tanto intensius suscipiendam portendit.

*Londino 17. Jan.* Singularis officiositas ex parte regiminis nostri opinionem; nos cum Gallia amicos tractatus inuituros probabilem reddidit. D. Taleyrand occasione emigrationis suæ sub Robertspirre dum Americam peteret, supellectilem litterariam: libros, Chartas &c. in Anglia reliquit, quæ ex aliquot annis retenta est, ob quod nuper protestatus penes regimen, quod ultro promississime ei restituit. En hoc indicium pacis erat! —

Herfordia provincia ex ævo ab elegantibus bobus inclaruit. Nuper immanis molis Societati agriculturæ propositus. Eo cæso deprehensum quatuor partes, in quas dissectus erat 2026, pinquedo sola 250, pellis 150 libras adpendere. Adeps super toto corpore 4—5 poll. effecit. Bos hic a D. Hudson educatus, a D. Nordfolciæ solo gramine & foeno pastus erat.

*Varsovia 15. Jan.* Novum Ingenium in lucem comparet. Habentur certa indicia: Præfectum Turcici Exercitus novissimo ad Silistrian proelio Ducem quemdam nomine Gleitzor esse; hic officialis ante postremam divisionem Poloniæ seu Inferior Lucumtenens penes legionem Polonicam Gen. Ducis Wodziki merebat; natus Szerestowii in Lithuania. Post Divisionem Poloniæ stipendia fecit Centurionis legionis Poloniæ ad Rhenum, tum sub Gen. Duce Kosziusko proelio ad Raktawicze, Laczkozin, & Mariejowicze interfuit. — In hoc a Russis captus, biennio prope in Russia ad Kiew moratus transit ad Turcas, & a-

riti, medici cum Jurisperitis, mercatores, milites præinedia emori deberent, aut vomeri manum admovere, coleni amplecti conditionem? quare cum bona venia Mei Domini! ut vitæ genus meum primum omnium physicorum animalium eferam; in moralibus quibusvis Statibus præcedentiam ultro largior. — Unam solum quæstionem liceat, dein mox decadam — si vitam animale Colonis non aleret, quid tum cum morali fieret? —

Rectum habet, vociferabant omnes Manes, rectum inquit, tenet Stator vitæ animalis! — Quo dicto Concilium solutum; quidam subeuntes fornacem hæc nova ex Ephemeridibus legebant.

*Constantinopoli 14. Dec.* Angliante Austriaea vela honorantes Smirnae 80 naves confiscarunt; cum utique secundum novissimum pacis Tractatum ad Austriam non pertineant, at res animadversione digna, Turcas id genus violentias tolerare.

Fama fert. Anglos Insula S. Viti, quæ portum Corcyæ defendit, potitos esse; Russi dextram Danubii oram deserere, quod flumen hostiles exercitus dirimit.

Anni quoque tempestas rigidior multo fuit, quam ut bellum efficaciter prosequi licuisset, at nuncium, Petropoli de 6. Jan. Gen. Benningsen cum 18. legionibus constante exercitu per Ukrainam Turciam petere, futuram expeditionem tanto intensius suscipiendam portendit.

*Londino 17. Jan.* Singularis officiositas ex parte regiminis nostri opinionem; nos cum Gallia amicos tractatus inuitos probabilem reddidit. D. Taleyrand occasione emigrationis suæ sub Robertspirre dum Americam peteret, supellectilem litterariam: libros, Chartas &c. in Anglia reliquit, quæ ex aliquot annis retenta est, ob quod nuper protestatus penes regimen, quod ultro promptissime ei restituit. En hoc indicium pacis erat! —

Herfordia provincia ex ævo ab elegantibus bobus inclaruit. Nuper immanis molis Societati agriculturæ propositus. Eo cæso deprehensum quatuor partes, in quas dissectus erat 2026, pinquedo sola 250, pellis 150 libras adpendere. Adeps super toto corpore 4—5 poll. effecit. Bos hic a D. Hudson educatus, a D. Nordfoleicæ solo gramine & fœno pastus erat.

*Varsovia 15. Jan.* Novum Ingenium in lucem comparst. Habentur certa indicia: Præfectum Turcici Exercitus novissimo ad Silistriam proelio Ducem quemdam nomine Gleizor esse; hic officialis ante postremam divisionem Poloniæ seu Inferior Lucumtenens penes legionem Polonicam Gen. Ducis Wodzki merebat; natus Szerestowii in Lithuania. Post Divisionem Poloniæ stipendia fecit Centurionis legionis Polonicæ ad Rhenum, tum sub Gen. Duce Kosziusko proelio ad Raktawicze, Laczkozin, & Mariejowicze interfuit. — In hoc a Russis captus, biennio prope in Russia ad Kiew moratus transit ad Turcas, & a-

pub eos stipendia, fecit. Ita fit, sæpe magna Iogena oberrant usque, quo locum & stationem in qua facultates suas explicant & Epocham constituent inveniunt.

*Politicae Episodæ.*

Carolosichio Ephemerides Etlinga hæc ferunt: de 22. Jan. Hodie supremum obiit diem Maria Anna *Becker* cælebs, Anno æt. 108 ex lassitudine virium, quin vitam cum doloribus & morbis exegisset. Nunquam novit usum pharmacorum, tantum uno vice, qua anno 40 ætatis duobus obulis radicem Jallapæ sumsit. Cum, præcipue postrema ætate pauper fuerit, alimenta ejus tenuia erant. Vitæ sustentationem suæ soli vino & cremato, cui utrique addicta fuit, tribuebat, quosque potus ante aliquot menses ex domibus patronorum accipiebat, his illa donis ita exhilarata est, ut saltaret, cantaret, quod ipsum cum fine Decembris factitabat. Relinquit 7 ex cognatis unum fratrem 93 annorum æque cælibem; quocum eadem domo usa. Mater ejus, æque grandæva, adhuc 55 ætatis anno partum enixa est.

Secundum relationes ex Anglia per Galliam Americani foederati Status singularem adjunctorum politicorum rationem adoptarunt; utpote Gallos, Anglos, & Danos hostes suæ reipublicæ considerandos decreverunt.